bolo potentia cõtinetur. Patet igitur neutiꝗ licuiſſe ab apoſtoloꝝ ſymbolo quicꝗ di-mouere, tñ illud, deſcẽdit ad inferos, ablatũ eſſe videmus, licet Chriſtũ ad inferos deſcẽ-diſſe veꝝ ſit, atq; a maioribus noſtris cõceſſum. Qm̃ autẽ Neſtorius (vt ſupra dictũ eſt) contẽdebat, virginẽ deum nõ genuiſſe. Idcirco Cæleſtinus ipſe literis eiſdẽ mandaue-rat, vt niſi decẽ dierũ ſpatio Neſtorius a tali ſe reuocauerit hæreſi, eccleſiæq; catholicæ dogma prædicauerit, non ignoraret ſe ab eadẽ eccleſia excludẽdum eſſe. Sunt & aliæ rationes, patres ampliſſimi, ad propoſitum attinẽtes. Verum noſtra feſtinat oratio ad probandum, quod ſupra diximus, argumẽtum veſtrum claudicare. Vnde multum for-ſan vagauit oratio, haud tamẽ extra propoſitum. Sed hactenus in præſentia. Quibs di-ctis, ſynodus ſancta decreuit, vt ſeſſio ipſa ſolueretur, & ad diem ſequentis martis congregaretur. D

¶ Die. XI. Nouembris, ſeſſio. XI. Ferrariæ.

Iul. card. VTraq; ex parte, patres ampliſſimi, copioſe, ſcite ac ſubtiliter dictum eſt, ve-ſtras tamen orationes forſan non niſi ſummi theologi, viriq; doctiſ-ſimi pcipere poterant. Idcirco eam equidẽ orationem ad propoſitum p-tinentem habebo, quam docti pariter & mediocriter eruditi ſine ambigui-tate intelligent, quaq; (ni fallor) controuerſiam noſtram ad exitum pduce-mus. Attendite igitur, obſecro. Nanq; poſt hac per capita breuibusq; nos agere opor-tebit. Si ſic ergo fieri vobis videtur, rem ipſam aggrediar, ſin minus, voluntati veſtræ ac-quieſcam. E

Impera. ¶ Dicat cardinalis.

Iul. card. ¶ Attingam quidẽ P. ampl. quæſtionis noſtræ radicẽ. Nam tota noſtra controuerſia in Epheſinæ ſynodi interdicto conſiſtit, in his videlicet verbis: nemini liceat proferre, conſcribere, componere, & reliquis. Quæ quidẽ verba nos cre-dimus hoc ſolum ſignificare, vt fas ſit nulli, Nicænorum patrum contrarium fidei pro-ferre. Vos autẽ longe aliter ſentire videmini, vt non ſolum ad aliam, oppoſitamq; fidẽ, verumetiam ad quāuis declarationẽ, ac cuiuſuis generis additionẽ, interdictum ipſum debeat referri, propterea nullam prorſus ſymboli dilucidationem fieri debuiſſe. Dicere autem ſolẽt legiſperiti, fieri non poſſe, vt quiſquam bene legẽ intelligat, niſi totam per-ſpexerit. Neceſſe eſt igit̃ ea quoq; diligenter cõſideremus, quæ interdictum ipſum præ-ceſſerāt legitur in actis tertiæ ſynodi, quoſdā Anaſtaſiũ & Photiũ Neſtorianos hæreti-cos, neſcioquẽ Iacobũ ad ſuā hæreſim mortalibus prædicandā miſiſſe, qui quidẽ aliud fidei ſymbolum, vel (vt quidā Chariſius in ipſa ſynodo pſens dicebat) impietatis ſym-bolum pdicans, ac eundẽ ipſum Chariſium impietatis incuſans, ꝗ plurimos Chriſtianos deceperat. Propterea Chariſius, vt ſe ὀρθόδοξον, id eſt, recte ſe de fide ſentiẽtem eſſe pro-baret, vt in primis ſymbolum ſuum, deinde Neſtorianũ in eadẽ ſynodo recitauit, quod quidẽ Chariſii ſymbolum, neq; Nicænum, neq; Conſtantinopolitanũ fuiſſe conſtabat. Poſtremo vehemẽter cõqueſtus, ꝙ a Neſtorianis cõmuniõe ſibi fuerat interdicta. Cre-do (inquit) in vnũ deum, & reliqua. Quod aũt nõnulli profitent̃, ipſe inficior, Chr̃m, vi-delicet, quādoq; nõ fuiſſe. Poſuerat tñ in ſuo ſymbolo ſpm̃ eſſe cõſubſtantialẽ patri & filio, quod in neutro duoꝝ illoꝝ ſymboloꝝ ſcriptum fuerat. Quibus quidẽ Chariſii, & Neſtorianoꝝ ſymbolis recitatis, ſancta ſynod⁹ ipſa decreuit, ne cui liceret fidẽ aliā pro-ferre aut docere, ſimulq; cõfictũ illud Neſtorianoꝝ ſymbolũ, nulla prorſus de ipſi⁹ Cha-riſii ſymbolo mẽtione facta, dānauit. Siquidẽ igit̃ mẽtis eiuſdẽ cõcilij fuiſſet, quācũq; ali-am a Nicæna profeſſionẽ vetare, ita vt nõ aliud niſi tm̃ Nicænũ ſymbolũ, verbis eiſdẽ celebraret̃, dubio procul Chariſii etiā expoſitionẽ ac ſymbolũ antiquaſſet reprobaſſetq;. Sed qm̃ veꝝ ac piũ fuerat, idcirco ſynodus ipm̃ noluit antiqre. Quæ oĩa profecto nobis argumẽto maximo ſunt, decretũ illud ad fidẽ religiõi Nicænoꝝ pr̃m oppoſitā referri debere, ita vt ipſius decreti vis, ex his (vt mihi videt̃) clariſſime pateat. Ampli⁹, eadẽ ipſa ſynodus, P. amp. ꝗ ne cui qcꝗ liceret pferre, aut lr̃is mādare, phibuerat, ſimul qq; decre-uit, vt nulla alia pter Nicænoꝝ pr̃m fidẽ teneret̃. Siquidẽ igit̃ a me requiſiti, an deum, ęternum eſſe credatis, mihi reſpondebitis ita, quæro an ſub anathemate fueritis, qd ver-ba illa a ſymbolo Nicęno minime continẽtur? Infinita ſunt vera, patres amp. quæ credi-mus, & profitemur, ab ipſo tamen ſymbolo nõ contẽta. Sed hæc hactenus. Porro autẽ certis pſonis (vt dicitis) licere ambigua declarare, catholicæ vero eccleſiæ minime, lõge mihi alienũ a rõne, ac ipſi interdicto cõtrarium eẽ videt̃. Nam in eius principio legitur, F

ne cui